



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Qvae sint, ac censeantur delicta mixti fori. Cap. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401



IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER SEXTVS



DE IUDICIIS CRIMINALIBVS.

sunt deputati.

S V M M A R I V M: 7 Laicus administrator loci p̄ij à quo Iudice s̄t puniendus.

- 1 **D**icitur, quae utraque lege prohibentur, aut puniuntur sunt mixti fori.
- 2 Potest ecclesiasticus procedere contra laicos, quando crima sunt adinuenta de iure canonico.
- 3 Violatio ieiunij, & fornicatio simplex à Iudice ecclesiastico tantum punitur.
- 4 Laici puniri possunt ab ecclesiastico Iudice, quoties committut crimen, quo ieditur locus, vel res, seu persona ecclesiastica.
- 5 Item si offendant ministrum Curiae ecclesiasticę.
- 6 Tales ministri puniuntur ab eodem Iudice, cuius obsequio
- 7 In criminibus notorijs potest Episcopus contra laicos cognoscere.
- 8 In ijs, quae concernunt animarum salutem, & publicam modestiam, & honestatem possunt laici per Iudicem Ecclesiasticum corripi.
- 9 Index Ecclesiasticus expellit mētrices de vicinia. & etiam de propria domo.
- 10 Cognoscit de pace fracta etiam contra laicos:
- 11 Punit eos, qui in excommunicatione perseverant.
- 12 Prohibet potest in honesta spectacula, ludos, & choreas, ac superfluos ornatus virorum, ac mulierum.
- 13 Index

Iudex

- 14 *Iudex ecclesiasticus potest punire laicos coram se delinquentes.*
 15 *Laicus accusatus coram ecclesiastico Indice, si in ipsis Iurisdictionem consentiat, potest ab eodem puniri.*
 16 *Territorium Episcopi est terra Diocesis.*

C A P. .1

Quæ sint, ac censeantur de-
licta mixti fori.

Dico 1. quod delicta, quæ vtraque lege prohiben-
tur, aut puniuntur, ca-
nonica scilicet, & ciu-
li, sunt mixti fori, ut tradunt om-
nes in cap. cum sit generale de for.
compet. Decian. in tract. crimin. 10.
1. lib. 4. cap. 25. num. 63. Bellett. Di-
squis. clericit. tit. de fauor. cleric. real.
I. 4. num. 8. Sperell. dec. 3. num. 15.
Bald. in auth. clericus quoque nu. 7.
C. de Episc. & cler. Zerol. in Prax. p.
2. ver. lati i §. 8. & 9. Oltrad. conf. 86.
Bonacof. relat. in Syntag. opin. com-
mun. tit. de Adulter. &c. cap. 9. Lay-
m. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. c:
2. num. 4. Bonac in de censur. in par.
disp. 1. q: 17 pun. 1. num. 14. Dian. p:
5. tract. 1. resol. 10. siue puniantur
poena corporis afflitiona, vel pe-
cuniaria, siue poena excommuni-
cationis Abb. in d. cap. cum sit gene-
rale in fin. ver. alia regula est de
for. compet. quod multo magis pro-
cederet, quando huiusmodi poe-
næ essent impositæ à iure canonico
specialiter contra laicos, ut in
cap. contra Idolorum 26. q. 5. Abb.
loco cit. Bartholom. Socin. conf. 119.

num. 7. vol. 4. Leo in Thesaur. for. ec-
cles. par. 3. cap. 7. num. 69.

2 Dico 2: quod potest ecclesiasti-
cus procedere contra laicos, quā
do crimina sunt adiuenta de iu-
re canonico, seu habent origina-
riam prohibitionem à Canonibus
& non à legibus Abb. loco cit. Leo

3 d. cap. 7. num. 69. vt in violatione
ieiunij, & aliorum præceptorum
ecclesiæ Layman. ubi supra d. c. 2.
num. 4. & in fornicatione simplici,
quæ à iure ciuili non punitur, ut
confit ex l. 1: ff. de Concub. & d.
Bart. in l. verum est nu. 2. ff. de furt:
sed tantum de iure canonico, quo
prohibitus est omnis coitus pre-
ter matrimoniale cap. nemo bla-
diatur 32. q. 4. Vnde fornicarij siue
clericij, siue laici ab ecclesiasticotā
tū, indice poena arbitraria puniū-
tur Clar. in S. fornic. vers. sed que-
ro Megal. var. tom. 2. ref. 176. nu. 4.

4 Dico 3. quod puairi possunt lai-
ci ab ecclesiastico iudice, quocies
committunt crimen, quo leditur
locus, vel res, seu persona ecclæ-
siastica, para si usurpatur res ec-
clesiæ, aut si in ecclæsia delinqui-
tur, vel clericus offenditur: quia
ob delictum in rem, vel in perso-
nam subiectur quis iurisdictioni
Iudicis habentis rem, vel perso-
nam subiectam c. super quibusdā
de verb. signif. Io: de Anan. in cap.
cum sit generale 8: in princ. num. 1.
vers. que autem sint, & ibi Anton.
de Butr. num. 5. ver. nota de for. cō-
pet. Oltrad. conf. 86. Bald. in d. auth.
Clericus quoque num. 7. ver. & cō-
clude.

5 Idem dicendum est de laico of-
fendente ministrum curiæ ec-
cle-

- clericalicē: hic enim punitur ab ecclesiastico iudice priuatiē quo ad Iudicem laicum: quia offendens Iudicis familiam prorogat iurisdictionem eiusdem, cuius maiestas in suo ministro est offendita. *I.nullum C.de testib. Genuens. in Prax. Archiep. c. 10. Farinacc. cōf. 134: vol. 2. Sperell. decis. 86. num. 3.* & seq. *Rico. in Prax. for. eccl. p. 1. ref. 332. Paul. de Casfr. in L. addictos num. 1. & 6. C. de Episcop. aud.*
- 6 Adde, quod tales ministri, si delinquunt, puniuntur ab eodem Iudice, cuius obsequio sunt deputati. *L. C. de offic. Mag. mil. Luc. de Pén. in Rubr. C. de Apparitor. Pref. Vrb: lib. 12.*
- 7 Ex his etiam infertur, quod laicus officialis, seu administrator alienius ecclesie, seu loci p̄ij delinquens in re ecclesiae, quam administrat, puniri potest a Iudice ecclesiastico. *Ferr. qq. mor. par. 1. q. 30: num. 21. in hoc enim casu delinquens quasi contrahit cum foro ecclesiae, cuius est res glof. In l-hares absens §. proinde ver. debet ff. de iudic.*
- 8 Dico 4. quod in criminibus notorijs potest Episcopus contra laicos cognoscere propter presūptam negligentiam Iudicis sacerularis, ut dicit Al: iat. in cap. perniciosem num. 21. de offic. ordin.
- 9 Dico 5. quod in ijs, quæ concernunt animarum salutem, & publicam modestiam, & honestatem, possunt laici per iudicem ecclesiasticum corripi indifferenter. *cap. nosit de iud. & tradunt DD. apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 107. num. 31.* Vnde expellere potest
- 10 test meretrices de ciuitate, aut de vicinia, ac etiam de propria domo, nē honeste familiæ inficiatur, ut decisū resert Rico. in collect. decis. 163. par. 1. Bellett. tit de favor. Cleric. re il. §. 4. num. 53. & seq. & alij communiter. ita etiam potest
- 11 cognoscere de pace fracta etiam contra laicos cap. super quibusdā ubi glof. ver. pro pace de verb. sign.
- 12 Marant. de ord. iudic. par. 4. diff. 11. num. 15. atque eos etiam punire, qui in excommunicatione perseverant Marant. ubi supra nu. 25. idemque dicendum de sponsaliorum violatoribus, & similibus Lay min. lib. 4. tr. 9: cap. 2: num. 4. & alij.
- 13 item prohibere potest spectacula in honesta, siue ludos, & choreas diebus festis, ac superfluos ornatus virorum, ac mulierum Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3: all. 107. num. 35.
- 14 Dico 6. quod Iudex ecclesiasticus potest punire laicos coram se delinquentes *I.nullum C. de testib.* ubi Doctores exemplificant in Notario, procuratore, aduocato, testibus, ac alijs delinquentibus coram Iudice, vide Bart. in d.l: nullum Vulp. in Prax. iudic. for. eccl. cap. 41: num. 44.
- 15 Dico 7. quod si laicus accusatus coram ecclesiastico Iudice in ipsius iurisdictionem consentiat, poterit ab eodem Iudice puniri: potest enim laicus prorogare iurisdictionem ecclesiastica cap. significasti de for. compet. Ferr. qq. mor. par. 1. q. 30. num. 18.
- 16 Territorium autē Episcopi est tota Diœcesis, ideoque omnes intra illam delinquentes punire potest

test Gemin: in cap. cum Episcopus
nu. 2. de offic. ordin. Mart. de iurisd,
p. 2. cap. 29.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus an punire possit suum subditum delinquentem in loco exempto.
- 2 Iudex secularis an possit punire reum, qui in ecclesia deliquerit.
- 3 Quanda excommunicatio lata ab Episcopo liget subditos existentes extra territorium, siue Diocesim.
- 4 An nuncius curiae secularis civitatis possit laicū existentē in ecclesia,

C A P. II

An Episcopus punire, & excommunicare possit suum subditum delinquētem in loco exempto intra fines sue Diocesis,

Egatiuē resp. Vulp. in Prax. for. eccl. cap. 1. nu. 32. vbi dicit, quod lata per Episcopum censura contra ludentes, vel furtum, aut aliud crimen cōmittētes, sicut non afficit subditos ludētes, vel furātes extra territorium, seu diocesim Episcopi, ita neque ludentes, seu furantes in aliquo monasterio, vel conuentu Regularium; quia sunt exempta a iurisdictione ordinaria; & idēd habent debent, ac si essent extra diocesim, ita etiam tenēt alij apud

Lezan. in sum; qq. reg. to. I. cap. 11.
numero 19.

Sed contrariū videtur verius: quia quamvis monasterium, seu conuentus Regularium non sit sub Episcopi iurisdictione, sufficit tamen, quod sit in illius territorio cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. Ricc. in Praze. for. eccl. par. 4. resol: 108. & 109. Sperell. decis. 5. 1. nu. 28. Barbos. de offic. & pot. Epist. par. 3. all. 102. nu. 75. Vnde etiam Iudex secularis punire potest reum, qui in ecclesia deliquerit: quamvis enim locus ecclesie sit sacer, non tamē definit esse de territorio Principis secularis Roland. conf. 2. 4. n. 7. & 8. vol. 2. Clar. 5. fin. q. 38. nu. 18. Sperell. loco cit. nu. 27.

Si verò subditi sint extra Diocesim, tunc nequaquam possunt ab Episcopo excommunicari cap. 2. de Constat. in 6. Nauar. ia man. cap. 27. num. 6. & alij communiter; & idēd si Episcopus concedat monitorium cum excommunicatione ad finem reuelationis, & subditi tuac degant extra diocesim, non tenerentur reuelare, etiam si deinde revertantur: tum quia excommunicatione non habet tractū successuum: tum etiam quia extra territorium iudicent non patetur impunē, ut in d. cap. 2. nisi absuerint post monitionem: tunc enim excommunicatione ligatur, licet existant extra territorium: quia per citationem perpetuatur iurisdictione proposuit de for. cōpet Vulp. in Prax. indic. c. 2. num. 13. Addit Bart. in l. præsenti num. 3. C. de his qui ad eccl. confug. & in l. plerique num. 8. ff. de in ius voc. Bald.